Sit notum omnibus quod ego Pereta filia Johannis de Inferno concedo et recognoscho tibi Ferrario de Columbario dilecto marito
meo quod attulisti mihi tempore nupciarum nostrarum ducentos solidos monete barchinone valentes marcha argenti lxxxviii solidos ibi ccc solidos ego facio tibi
augmentum de c solidos et ita sunt in summa ccc solidos quos vero ccc solidos iure tui sponsalicii assigno tibi habendos et recuperandos in omni illo
meo mansso de Inferno cum omnibus suis pertinentiis quem per dominum Bernardum de Bigis tenero et in omnibus aliis meis bonis mobilibus et immo
bilibus habitis et habendis per quoscumque dominos teneam. Quod omnia et singula salvo iure dominorum habeas teneas possideas et expletes cunctis diebus
vite tue cum uxore et sine uxore cum infantibus et sine infantibus de quo vero sponsalicio ad habitum tuum facias testimonium ad consuetudinem
parochie de Bigis et totum aliud reversitatis infantibus de te in me procreatis. Et si filii defuerint quod deus avertat et tu habueris ante
quam me ad diem habitus tui super dictis bonis habeas tu ad omnes tuas voluntates faciendas dictos ccc solidos quos mihi aportas et totum
augmentum quod tibi facit mihi remaneat. Item si ego habuero ante quam tu nullus de meis propinquis possit te ejicere de predicto sponsalicio
donec prius dederit tibi vel cui volueris dictos ccc solidos ad omnes tuas voluntates faciendas. Et hec sit salvum ius patris mei Johannis.
Actum est hec viii. bal. decembris anno domini m. cc. l. tercio. Pereta sancte Marie qui hec donum sive sponsalicium facit et firmo.
Bernardus de Bigis qui hec firmo salvo meo iure et domino.
Testes sunt P. Poncii. A. de Jovello et Jacobus de Cagars.

Sig[illegible] Jacobi de Rovijadech notarii

Sig[illegible] mei Petri de Ulhum presbiteri notarii villarum de Calidis pro Jacobo de Rovirade ipsius villarum notarii pro ebdomadariis. Qui hec scripsit cum
literis suprapositis in linea v. ubi dicitur iure. die et anno quo supra.

Pereta, filla de Joan Infern, signa un esponsalici de trescents sous a favor del seu espòs [...]. 24/11/1253, p. 1
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers



Nº 10

apoces dotal de unas filles de Joan Iferu

Pereta, filla de Joan Infern, signa un esponsalici de trescents sous a favor del seu espòs [...]. 24/11/1253. p. 2
Col·lecció de pergamins / Arxiu Municipal de Granollers